



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

An excommunicatio sit efficax in contemptore. tit. 179

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

fuerit excommunicatus, non nocebit, sed patietur. ferat hanc iniuriam, iuxta illud Mat. 5. Si quis te percuterit in maxillam unam, &c. Timeat tamen & honoraret potestatem illam à Deo concessam, propter Deum, attamen ille qui iniuste excommunicat, vel ex leui causa, grauissimè peccat coram Deo. Est igitur excommunicatio, vinculum, quo est vinctus peccator, nè se possit defendere contra Sathanam, aut pariceps sit bonorum Ecclesie, &c.

AN EXCOMMUNICATIO  
*sit efficax in contemptore.*

TITVLVS CLXXIX



PRIMO, cum plerique Hæretici sint excommunicati bulla Papæ, & banno Imperatoris manifestè, ipsi autem nolunt esse excommunicati, ad quid valet illis excommunicatio? Respon. Christus Ioan. 20. inquit: Quorum remiseritis peccata, illis debent esse remissa: & quibus retinueritis, retenta sunt, id est, Ego approbabo vestram sententiam, quasi dicat, tamen non curant homines, ego tamen approbabo, & Mat. 18. iurat & dicit: Amen dico vobis, quicunq; ligaueritis super terram, ligata erunt in cælis, &c. id est, licet homines hinc volunt esse securi, & non esse supra terram excommunicati, sed pergunt in sua temeritate, attamen in cælis & coram me tales erunt perpetuò: Et sic fit, quòd hinc excommunicati ex iusta causa, vt hæretici & alij flagitiosi, licet nolint esse tales, attamen in cælo & coram Deo tales sunt, idèò semper consciètia est turbata aut obstinata. Non enim homo est, qui ligat, inquit Chrysostomus, sed Christus, qui dedit hanc potestatem hominibus, Mat. 9.

Secundo inquiunt: Nos habemus verbum Dei, veritatem, rectum, clarum & purum intellectu scripturæ, eccle.



ecclesiam reformatam, iniuste ergo excommunicatur, ideo nihil valet. Respon. Hoc solum vos, & qui secta vestra sunt, dicunt: at ecclesia per totum orbem diffusa, negat vestrum glossema scripturae, & cetera, serpens etiam dixit Adae, Nequaquam moriemini, Gen. 3. at tamē Deus non approbavit: Dathan & Abiron, defenderunt se habere verum intellectū scripturae. Exod. 19. Vos estis omnes regale sacerdotium, & cetera, at tamē falsum erat, id quod poena illorum probauit, Numer. 16.

Terriò, si cuique licet credere, intelligere, facere, quae sibi recta videntur, ad quid ordinata est potestas in Deo? Rō 13 ad quid iubet Christus audire Ecclesiam, Matth. 18. & Paulus iubet vigilare Episcopos, Actor. 20. Cur iubet Apostolus 1. Ioan. 4. pbari spiritus? Eccl. 12. Sine consilio nihil facies. Et Paulus Roma. 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Omne ergo quod non est approbatum veteris Ecclesiae testimonio, vitandum est. Iactent quantumcunq; sectae velint Evangelium suum, laetentur & sint pertinaces, abudent in sensu suo: nihil nos mouere debet, nos secum cum Ecclesia Catholica. Si nolint in terris esse obediētes, aut non excommunicati in caelis, hoc experientur, & cetera.

Quarto inquires: Licetne recedere ab erroribus & peccatis, quae habent Papistae? Respond. Licet, sed non est priuata prudentia, errores vel abusus diffinire: ad Ecclesiae iudicium hoc spectat. Peccata & errores vitare debemus, sed propterea non recedere ab unitate Ecclesiae. Nam quis inter omnes sectarios esset tam iustus, qui primum lapidem in peccatrice iactet, Ioan. 8. Nunquid non etiam orant sibi dimitti peccata, Matth. 6? Iustus & sanctus nunquam erit, qui extra unitatem Ecclesiae fuerit. At dicunt: Nos habemus & sumus Ecclesia. Respond. Hoc omnes dixerunt haereticici, sed nunquid ideo verum? Ergo ante illos non

E E c fuit



fuit Ecclesia? Summa, Honora parentes, Exo 20 id est, superioritatem, & crede vnam Ecclesiam Catholicam.

*QVID SIT SPIRITUS, ET  
quid litera.*

TITVLVS CLXXX.



**L**itera est doctrina seu lex, quæ occidit, ac terret conscientiam: Spiritus est doctrina, id est, Euangelium, quæ viuificat, & consolatur conscientiam. 2. Cor. 3. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Dicitur autem vetus testamentum litera mortua, eo quod lex non donat spiritum sanctum: exigit obedientiam, & non dat virtutem, qua præstare possimus obedientiam. Minatur mortem & maledictionem, Deuteron. 27, sed non confert gratiam: ideo lex dicitur administratio, id est, ministra mortis, 2. Cor. 3. Si igitur in solam legem & decalogi præcepta respicimus, quæ seruire debemus, & ex nobis non possumus, videmus mortem & damnationem. Nemo enim vobis seruat legem, id est, perfectè.

Secundò, Spiritus dicitur Nouum testamētum seu Euangelium, quòd iterum erigit turbatam & mortuam conscientiam. Nam promittit gratiam & misericordiam gratis, credentibus in Christum, Roma. 3. Et adfert spiritum sanctum, qui consolatur & viuificat nos in Christo, id est propter victimam & opus Christi, quod pro peccatis nostris delictis fecit, & se in precium & satisfactionem pro peccatis nostris delictis dedit, Rom. 4. Et resurrexit, & nobis mortem, sathanam atque peccatum vicit: nobis inquam vicit, nos enim liberauit ab accusatione legis, peccati & sathanæ: & hæc consolantur & viuificant conscientiam.

Tertiò, dicitur igitur Euangelium spiritus, quia adfert nobis spiritum, id est, in iustificatione donatur iustificatio.